BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
H
37
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GRÆCA SCHOLIA

SCRIPTORIS ANONYMI

IN HOMERI

ILIADOS LIB. I.

ANTONIUS BONGIOVANNI

EX VET. CODICE BIBLIOTHECÆ VENETÆ D. MARCI eruit, Latine interpretatus eſt, notiſque illuſtravit.

NAPOLI

B. R.

VENETIIS, MDCCXL.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

LAURENTIO THEUPOLO
EQUITI AC D. MARCI PROCURATORI
PUBLICÆ BIBLIOTHECÆ PRÆSIDI

ANTONIUS BONGIOVANNI.

QUum ſuperioribus annis, Excellentiſſime Procurator, ad recenſendos Græcos D. Marci Bibliothecæ MSS. Codices, una cum Cl. V. Antonio Zanetti, accerſitus

* fue

Digitized by Google

fuerim, quumque illud opus, bonis faventibus Superis, ad finem jam perductum ſit; nunc ſubit animum latine reddere, & in lucem proferre Græca in Homeri Iliadem Scholia, quæ in vetuſto quodam ejuſdem Bibliothecæ Codice jamdiu delituerunt. Porro hæc exire non debent, niſi ejus nomen præſeferant, cujus præſidio blattis erepta, ſitum & pulverem excuſſerunt. Mole quidem levia videbuntur: ſed quando ita natura comparati ſumus, ut vetuſta quælibet admiremur, non potes non excipere ſcripta hæc, quæ proculdubio circa ſæculi X. initium in Codice noſtro MS. exarata ſunt, quæque diu ante præclaros Euſtathii commentarios conſcripta manifeſtiſſime deprehenduntur. Quid vero, ſi doctrina quoque &

ele-

Digitized by Google

elegantia cum Euſtathio in contentionem veniant? ſed nolo, quod invidiæ plenum eſt ac periculi, comparationem inſtituere. Ipſa ſe res legenti patefaciet. Quum autem ſatis per ſe Scholia hæc præclara videantur, ob idipſum etiam debent Tibi offerri, idque a me præſertim, qui tantum Tibi debeo, quantum hominem homini debere credibile vix eſt. Tu me patria evocatum ad navandam Publicæ Bibliothecæ operam clementer excepiſti, & innumeris beneficiis cumulaſti. Illud vero maximum eſt, & in omnem ſæculorum memoriam prædicandum, quod videlicet me laboreſque meos qualeſcumque Te benigne referente honorificentiſſimo decreto Senatus honeſtaverit, addito aureo numiſmate, tituloque perſcripto, ad æternum Regiæ

munificentiæ monumentum. Quod ſi in eos, quos ſperamus nobis profuturos non dubitamus officia conferre, qualis ego erga Te eſſe debeo, qui tantopere mihi jam profuiſti? Neceſſe profecto erat, ne ingratus eſſe viderer, ut aliquod grati animi ſignum Tibi pro tot tantiſque beneficiis exhiberem. En igitur in hoc opuſculo mei erga Te ſtudii, voluntatis, obſervantiæ argumentum, quod tandiu extabit, quandiu divina Homeri carmina, quibus explicandis impenditur, præclara viris eruditis videbuntur: id vero quum ſemper futurum ſit, æternum quoque hoc Tui nominis, & meæ erga Te obſervantiæ monumentum fore ſpero. Vale.

PRÆ-

P R Æ F A T I O.

PAucis abhinc menſibus, humaniſſime lector, in lucem prodiit ex D. Marci Bibliotheca Græcorum MSS. Codicum Catalogus, in quo p.243. ſpecimen quorundam in Homeri Iliadem Scholiorum exhibere placuit. Id quum viris eruditis ſalivam moverit, & jam majus aliquid cupere videantur, ad cognoſcendum, & judicandum, ut eorum votis ſatisfaciam, totum librum primum in lucem profero. De reipſa quid ego ſentiam, ſi ſcire cupis, paucis habeto. Arbitror in primis Scholia hæc vetuſta eſſe, deinde optima. Et ſane, ad primum quod attinet, ea vetuſta eſſe, nemo qui Codicem, in quo exarata ſunt, viderit, quique vel exiguam manuſcriptorum peritiam adeptus fuerit, inficias ibit; certo enim conſtat characteres circa finem ſæculi IX. vel X. initium fuiſſe exaratos: proindeque Codex ipſe vetuſtus vetuſta quoque ſcholia eſſe oſtendit, & ſaltem decimo ſæculo fuiſſe collecta declarat. Quid ſi Euſtathii quoque tempore vetuſta fuerint? Teſtis nobis ſit Euſtathius ipſe, qui quum Scholiaſtæ noſtri interdum interpretationem referat, atque adeo verba ipſa, hujuſmodi loquendi modis uti ſolet, *φασὶν οἱ παλαιοὶ*, *κατὰ τοὺς παλαιοὺς* e. g. ad vocem *ἄρσαντες*, carm. 136. quam Scholiaſta noſter ſic interpretatur, *Ἀρίσταρχος δασύνει, ἔνθεν γάρ φησι γεγονέναι καὶ ἅρμα, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ψιλοῖ, ἀπὸ τοῦ ἄρω, οὗ ὁ μέλλων αἰολικῶς ἄρσω.* Euſtathius eadem habet hoc modo, *φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὅτι Ἀρίσταρχος μὲν δασύνει τὸ ἄρσαντες, λέγων ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι τὸ ἅρμα, Ἡρωδιανὸς δὲ ψιλοῖ, ὡς ἀπὸ ἄρω, ἄρσω αἰολικοῦ.* Ad carmen 225.

noſter

noſter Interpres hæc habet, Ἰσοκράτης Κόνωνι τῷ Ἀθηναίων στρατηγῷ τρία μαρτυρεῖ, ἐπιμέλειαν, πίστιν, ἐμπειρίαν πολέμου· τούτων τὰ ἐναντία κατανοήσας, Ἀγαμέμνονα ὀνειδίζει. ἐξ οἰνοποσίας γὰρ ἀμέλεια, ἀπιστία δ' ἐξ ἀναιδείας, καὶ πολέμων ἀπειρίαν ἡ δειλία ἐργάζεται. Euſtathius hæc: Ἐνταῦθα δέ φασιν οἱ παλαιοὶ ὅτι τρία ταῦτα Ἰσοκράτης ἀγαθὰ μαρτυρεῖ Κόνωνι, τῷ τῶν Ἀθηναίων στρατηγῷ, ἐπιμέλειαν, πίστιν, ἐμπειρίαν πολέμων, συναγαγὼν τὸ ἐγκώμιον ἀπὸ τῶν ἐναντίως ἐνταῦθα προσμαρτυρουμένων τῷ Ἀγαμέμνονι· ἐξ οἰνοποσίας μὲν γὰρ ἀμέλεια, ἐξ ἀναιδείας δὲ, ἀπιστία, ἡ πρὸς τὸ κοινὸν., ἡ δὲ δειλία τὴν τῶν πολεμικῶν ἀπειρίαν ἐργάζεται. Denique ad vocem μαχήσομαι, carm. 298. in Codice noſtro hæc leguntur, Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ η γράφει, ὁ δὲ Ἡρακλέων τὰ μὲν ὀνόματα διὰ τοῦ η, ὡς τὸ, μαχητὴς Τυδεὺς, τὰ δὲ ῥήματα διὰ τοῦ ε, καὶ τῶν δύο σσ. ὡς τὸ, Σολύμοισι μαχέσσατο, ὃ καὶ ἄμεινον: apud Euſtathium vero. Κατὰ τὰς παλαιὰς ἡ Μασσαλιωτικὴ, καὶ Σινωπικὴ ἔκδοσις τῆς Ἰλιάδος, τὸ μαχήσομαι διὰ τοῦ η ἔχει, Ἡρακλέων δέ φασιν ὁ γραμματικὸς, τὰ μὲν ῥήματα διὰ τοῦ ε προφέρει, μάχεσθαι, μαχέσασθαι, καὶ τὸ μαχεσάμενον, τὰ δὲ ὀνόματα διὰ τοῦ η. οἷον μαχητής. Interdum tamen Euſtathius, quum veterum ſententias laudat, vel memoria lapſus, vel aliis de cauſſis, eas mutilas affert, quæ ſententiæ ex Codice noſtro ſuppleri poſſunt, ut ex poſtremo adlato exemplo colligere licet.

Ad ſecundum caput quod ſpectat, ea optima eſſe, id cum ex aliis argumentis benemultis, tum maxime ex aliorum comparatione clare patet. Nam ſi cum ſcholiis edit. Barneſii comparentur, noſtra hæc diligenter conſideranti, niſi fallor, præſtantiora videbuntur. Sin autem cum iis conferantur, quæ Euſtathio tribuuntur, non dicam noſtra his eſſe meliora, ſed ajo in noſtris multa, & quidem optima eſſe, quæ in illis deſiderantur, multa item, ut verum fatear, noſtris deeſſe, quæ in iis reperiuntur.

Et re quidem vera ſæpiſſime in Codice noſtro afferuntur præſtantium virorum ſententiæ, Ariſtarchi nimirum, Zenodoti, Pamphili, Apollonii Rhodii, Sidonii, Herodiani, Heracleonis, aliorumque, quorum præſtantiſſima in Hom. Scholia jamdiu

perie-

perierunt, eorumque fragmenta quædam in Codice noſtro ſervari magnopere lętandum nobis eſt. Ex hujuſmodi fragmentis vix pauca apud Euſtathium reperiuntur.

Præterea multa reperies in Codice noſtro, quæ Etymologico magno magnam lucem adferunt. e. g. ad vocem *βηλοῦ* carm. 591. Codex præter alia benemulta hæc habet: *Καὶ Πανύασις δὲ τὰ πέδιλα βῆλα λέγει, Παρμενίων δὲ ὁ γλωσσογράφος φησὶν Ἀχαιοὺς, καὶ Δρύοπας καλεῖν τὸν οὐρανὸν βηλὸν, Κράτης δὲ περισπῶν τὴν πρώτην συλλαβὴν, χαλδαϊκὴν εἶναι τὴν λέξιν ἀποδίδωσιν, Ἀγαθοκλῆς δὲ τὴν πάντων περιοχὴν, καὶ βεβηκότας φέρειν τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας.* Etymologus vero nomina Parmenionis, Cratetis, & Agathoclis non affert, & Pannyaſis ſententiam aliter exhibet, *Πανύασις δὲ τὰ πεδῖλα βαίολα λέγει.*

Pleraque item ſunt in Codice noſtro, quæ in eodem Etymologico deficiunt, quæque ei adjungi poſſent, e. g. in ſubjectas voces

1. *Κλέπτε*, carm. 132. *Γίνεται δὲ ἐκ τοῦ χαλέπτω, τὸ ὀργίζομαι. ὀργίζεσθαι γὰρ ὁ κλέπτης ποιεῖ τοὺς ἀπολλοντάς τι.*

2. *Παλλάδα*, carm. 200. *Παλλὰς δὲ παρὰ τὰς παλάμας, ἢ ὅτι εὐκίνητος νοῦς, ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα.*

3. *Σίντιες*, carm. 594. *Φιλόχορός φησι Πελασγοὺς αὐτοὺς ὄντας, οὕτω προσαγορευθῆναι, ἐπεὶ πλεύσαντες εἰς Βραύρωνα, κανηφόρους παρθένους ἥρπασαν· σίνεσθαι δὲ, τὸ βλάπτειν λέγουσι· Ἐρατοσθένης δὲ, ἐπεὶ γόητες ὄντες, εὗρον δηλητήρια φάρμακα· ὁ δὲ Πορφύριος, ἐπεὶ πρῶτοι τὰ πολεμιστήρια ἐδημιούργησαν ὅπλα, ἃ πρὸς βλάβην ἀνθρώπων συντελεῖ· ἢ ἐπεὶ πρῶτοι λῃστείαν ἐξεῦρον.* Hæc & id genus alia benemulta apud Etymologum deſiderantur, quæ ſingula hic referre ſupervacaneum eſſet; ſatis enim, ad præſens inſtitutum quod attinet, ea eſſe videntur, quæ exempli loco attulimus.

His adde multas voces, eaſque optimas, quæ in optimis lexicis deſunt, cujuſmodi ſunt, *μαμμωνυμικὸν*, *πεπαιδευμένως*, *ἀναφορικῶς*, *ἀνταποδοτικῶς*, *πλατικὸν*, *εὐτελισμὸς*, *ἀρχοντικῶς*, & hujuſmodi alia non pauca, quæ partim ſuo loco adnotavimus,

par-

partim lectori conſideranda reliquimus. Illud præterea dicendum, ſcholia hæc ex præſtantiſſimis Auctoribus decerpta eſſe, quod aliquibus ex locis manifeſte colligitur. Nam Scholion 39. ἄλλο apud Heraclitum reperitur, centeſimum apud Porphyrium, 384. apud Xenophontem, 455. apud Suidam, ex quibus colligere licet reliqua etiam ex optimis ſcriptoribus collecta fuiſſe. Cæterum ſi qua forte vacare videbuntur, aut obſcurius aliquid ſignificare, reputes velim quibus hominibus, quibuſve temporibus ſcholia hæc ſcripta fuerint.

Nunc obiter moneo me in textu retinuiſſe variantes lectiones, quæ in MS. Codice occurrunt.

Hæc ſunt, quæ breviter adnotanda erant. Tu interim, lector benevole, munuſculum hoc, quod libenter exhibeo, libenter excipe; quod ſi tibi aliquid profuiſſe intellexerimus, magnopere lætabimur, ſtatimque ad reliqua proferenda animum adjiciemus; ut ſimul Euſtathii commentariis a viro egregio prolatis, Homeri ſtudioſi ad poetarum præſtantiſsimum intelligendum nihil amplius deſiderent. Vale.

ΣΧΟ-

ΣΧΟΛΙΑ
ΕΙΣ ΤΗΝ Α' ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ ΡΑΨΩΔΙΑΝ.
SCHOLIA
IN HOMERI ILIADOS LIBRUM PRIMUM.

ΜΗνιν ἄειδε Θεὰ Πηληϊάδεω Α'χιλῆος

α'. ΜΗ῀νιν) 1 Παρὰ τὸ μένω ἐπεκτάσει μῆνιν, ὡς ἔνος ἦνις.

β'. Α'ειδε Θεὰ) Ε'θος τῦτο ποιητικὸν, ὃ πάντες μικρῦ δεῖν ἐφυλάξαντο, καλεῖν τὰς μύσας, ἤτοι τὸ θεῖον, ὡς ἐπικυρῆσον αὐτοῖς. καὶ ἐν Ο'δυσσείᾳ γάρ φησιν, 2 ἄνδρα μοι ἔννεπε μῦσα, καὶ πάλιν ἐπάγει, 3 τῶν ἁμόθεν γε Θεά· καὶ ἀλλαχῦ, 4 ὁ δ' ὁρμηθεὶς Θεῦ, ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν. Οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἐχρῆν ἐπὶ τοῖς ὕτω δυσφήμοις λέγειν, ἄειδέ μοι ἠεροφοῖτις Ε'ριννὺς, τῦ δέοντος ἁμαρτάνυσιν· Ο'υδὲ γάρ τι πρὸς γνῶσιν Ε'ριννὺς συντελεῖ. ἐνθάδε μέν τοι μίαν καλεῖ, ἐν δὲ τῇ ἀπαριθμήσει πάσας. 5 ἔσπετε νῦν μοι μῦσαι.

Ο'υ-

IRam cane, Dea, Pelidæ Achillis.

1. AMῆνις per productionem prioris ſyllabæ fit μῆνις, ut ab ἔνος fit ἦνις.

2. Poetarum hic mos eſt, quem fere omnes ſervare ſolent, ut invocent Muſas, vel aliquod numen, quod ipſis opituletur. Nam in Odyſſea quoque ait, *Virum mihi cane muſa*, & rurſum adjicit, *Hæc aliqua ex parte ſaltem dea*. Et alibi, *hic autem concitatus a Deo capit, ediditque cantum*. Qui vero ajunt in rebus funeſtiſſimis tale initium decuiſſe, *Cane mihi Erinnys, quæ per infernas tenebras vagaris*, ab eo, quod rationi conſentaneum eſt aberrant. Nihil enim ad cognitionem Furia confert. Hoc quidem loco unam, ſed in enumeratione omnes Muſas invocat, his verbis; *pandite nunc Muſæ mihi*.

A Quæ

1. Παρὰ τὸ μένω ἐπεκτάσει μῆνις] Ad hanc etymologiam reſpexit Heſychius, qui μῆνιν interpretatur κότον ἐπίμονον, *iram permanentem*.
2 Α'νδρα μοι ἔννεπε) Odyſſeæ lib. 1. v. 1
3 Τῶν ἁμόθεν γε] Odyſſ. lib. 1. v. 10. Τῶν ἁμόθεν γε Θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν.
4 Ο' δ' ὁρμηθεὶς Θεῦ] Odyſſ. lib. VIII. v. 499. Ὣς φάθ'. ὁ δ' ὁρμηθεὶς Θεοῦ ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν.
5. Ε'σπετε νῦν μοι μοῦσαι) Paſſim in Iliade & Odyſſ.

Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε,

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων, αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,

Perniciosam, quæ innumeros Achivis dolores intulit.

Multaſque fortes animas ad inferos præmiſit
Heroum, eoſque prædam dilacerandam fecit canibus.

γ. Οὐλομένην) Τὴν ὀλέσασαν, ἢ τὴν ὀλεθρίαν. ὡς ἐπὶ ἰδίοις δὲ ἀλγῶν, δυσφημεῖ αὐτήν. ὅρα δὲ τὰς ἐν ἀρχῇ ἀναφωνήσεις, ὅσον ὑποφαίνουσι τὸ πλῆθος τῶν ἱστορηθησομένων, ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ. ἔχει δὲ τοὺς ῥητορικωτάτους τῶν τόπων τὸ προοίμιον· ποσὸν, πολλάς· ποιὸν, ἰφθίμους· οὐσίαν, ψυχάς· τόπον, Ἄϊδι· χρόνον, προΐαψεν.

δ. Ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς) [1] Ῥητορικὴ μετάληψις· παρὸν γὰρ ἦν φάναι. ὃς μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε, ἀλλ' ὡς φιλέλλην οὐ τῷ ἥρωϊ ἐπάγει τὴν βλασφημίαν, ἀλλὰ τῷ πάθει. τὸ δὲ ἣ κατὰ δοτικὴν τινες ἤκουσαν οὐκ ὀρθῶς. κίνησιν δὲ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔχει τὸ προοίμιον, εἰ μέλλει διηγεῖσθαι θανάτους πολλῶν ἰφθίμων ἡρώων.

ε. Ψυχὰς) Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος [2] κεφαλὰς γράφει.

3. Quæ perniciem atque exitium intulit. Porro tanquam de rebus ſuis dolens, probroſo eam nomine appellat. Vide autem, quæ initio occurrunt, voces quales quantaſque præſeferant hiſtorias, quas Poeta narraturus eſt, ut & in Odyſ. Proœmium vero continet loca, quæ rhetorem maxime decent, quantitatem ſcilicet, *multas*; qualitatem, *fortes*; eſſentiam, *animas*; locum, *ad Inferos*; tempus, *præmature demiſit*.

4. Rhetorica metalepſis; licebat enim dicere, *qui infinitos Achivis dolores attulit*. Verum utpote Græcorum amicus, non in Heroem, ſed in affectum Herois perturbatum malorum culpam contulit. Relativum vero illud quidam dativo caſu efferunt non recte. Continet porro non obviam ac vulgarem animi commotionem; ſiquidem excidia multorum præſtantium virorum narraturus eſt.

5. Apollonius Rhodius ſcribit κεφαλὰς, *capita*.

Θύ- Ab

1. *Ῥητορικὴ μετάληψις, παρὸν γὰρ ἦν φάναι. ὃς μυρί' Ἀχαιοῖς*) Hæc eſt vere Metalepſis quum ſcilicet duobus in oratione propoſitis, quæ ſumi æqualiter poſſunt, unum pro alio ſumitur. Quum enim, inquit interpres, duo dicere poſſet Homerus ὃ μυρία, & ἣ μυρία, maluit tamen hoc poſtremum quam illud primum dicere, ob elegantem hanc rationem, ut videlicet non in Heroem, ſed in affectum Herois perturbatum malorum cauſſam conferret. Euſtathius porro non videtur hunc Interpretis noſtri locum legiſſe, vel ſi legit, ad rationem certe non attendit; quippe qui tradit metalepſin juxta veteres eſſe quum præcedens caſus ordinem ſuum non ſervat. e. g. τοὺς, ὅσοι τὸ πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον. & ἄνδρα μοι ἔννεπε, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη & μῆνιν, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς, his enim in locis, inquit, *αἱ αἰτιατικαὶ εἰς εὐθείας μετεκλίθησαν, ἢ μετελήφθησαν, accuſativi* (τοὺς. ἄνδρα. μῆνιν) *declinarunt, vel commutati ſunt in rectos*. Quid elegantiæ quæſo, quid venuſtatis, ſi ita eſt, haberet metalepſis? pleni eſſent metalepſi libelli omnes: ſemper in ore metalepſin haberemus; quandoquidem naturalis orationis & conſtructionis ordo poſtulat, ut ſæpiſſime relativum a præcedenti ſubſtantivo caſu diſcrepet, & hoc eſt juxta Euſtathium metalepſis, quam rectius πτώσεων μεταβολὴν appellat Plutarchus, vel quiſquis auctor ſit lib. de Homerica poeſi.

2. *Γράφει κεφαλάς*) Phraſis Homero uſitata, ut Iliad. XI. 55. Πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προΐαψεν

Οἰωνοῖσί τε πᾶσι (Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή)
Ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαςήτην ἐρίσαντε
Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν ϗ δῖος Ἀχιλλεύς.
Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Λητοῦς ϗ Διὸς υἱός. ὃ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς
Νοῦσον ἀνὰ ςρατὸν ὦρσε κακήν (ὀλέκοντο δὲ λαοί)
Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμασ' ἀρητῆρα
Ἀτρείδης. ὃ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,
Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος;
Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.

Alitibuſque omnibus [Jovis enim peragebatur ſententia]
Cum ſcilicet primum diſſenſerunt inter ſe contendendo
Atrideſque rex virorum, & divus Achilles.
Quiſnam eos Deorum ad contentionem commiſit, ut pugnarent?
Latonæ, & Jovis filius. Hic enim regi iratus
Morbum per caſtra excitavit malum, peribantque populi.
Propterea quod Chryſi injuriam fecerat ſacerdoti
Atrides. Hic enim venerat celeres ad naves Achivorum,
Redempturuſque filiam, ferenſque magnifica dona,
Coronamque tenens manibus eminus jaculantis Apollinis,
Aureo cum ſceptro; & ſupplex orabat omnes Achivos;

ς. Θύγατρα) Ἐκ τοῦ θυγατέρα κατὰ συγκοπὴν, ἀναδοθέντος καὶ τοῦ τόνου. ἡ γὰρ συγκοπὴ ἀναβιβάζουσα τοὺς τόνους, ὡς τὸ ἁρμόσαντες ἄρσαντες, ὁμόπατρος ὄπατρος. γέγονε δὲ θυγατὴρ [1] παρὰ τὸ θήω, ϗ τὸ γαςήρ· λέγεται γὰρ τὰ θήλεα τάχιον ἐν τῷ γαςρὶ κινεῖσθαι.

6. Ab accuſativo θυγατέρα per ſyncopen, accentu in antepenultimam retracto. Syncope enim accentus in præcedentem ſyllabam rejicit, cujus rei exemplo ſunt ἁρμόσαντες ἄρσαντες, ὁμόπατρος ὄπατρος. Nomen autem θυγατὴρ deſcendit a θήω & γαςήρ. ferunt enim fœminas celerius quam maſculos in utero moveri.

ζ. Φέρων τ') Πανταχόθεν τὸν οἶκτον πεποίηται, τῷ γήρᾳ, τῇ χηρώσει τῆς παιδὸς, τῇ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς παρόδῳ, ϗ τῇ τῶν δώρων κομιδῇ. ϗ τὸ μὲν ςέμμα κατέχει, τὰ δὲ δῶρα ([2] χρυσὸς δὲ ταῦτα, ϗ ἐσθὴς, ϗ χαλκὸς ἦν) δι' οἰκετῶν προσῆγε. ϗ τὰ μὲν τῶν θεῶν δείκνυσι, καὶ παραινεῖ ὡς θεοὺς τιμᾷν. τὰ δὲ δῶρα δίδωσιν, ἵνα κᾂν τινὰ ἀπὸ τούτων ἀντιδέξηται φιλοφροσύνην.

7. Undique miſerationem excitat, ſenectute, privatione filiæ, profectione ad hoſtes, munerumque oblatione. Et coronam quidem præ manibus gerebat; dona vero (quæ aurum, veſtes, & æs erant) famulorum miniſterio adduxit. Et illa quidem, quæ Dei erant oſtendit, hortaturque ut tanquam Deos ipſos venerentur, munera vero exhibet, ut horum ope viciſſim a Græcis benevolentiam reportet.

η. Ἑκηβόλου) Τοῦ ἕκαθεν ἐπιτυγχάνοντος· πλεῖςοι γὰρ ἕκαθεν βάλλουσιν, ἀλλ' οὐ τυγχάνουσι τοῦ σκοποῦ. Οὐκ ἔβαλες τὸν ξεῖνον, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔτυχες.

8. Eminus ſagittis comprehendentis; multi enim ſunt qui eminus jaculantur, ſed ſcopum minime attingunt. Οὐκ ἔβαλες τὸν ξεῖνον pro οὐκ ἔτυχες

1. Παρὰ τὸ θήω) Legendum videtur θύω, quamvis revera Codex habeat θήω.
2. Χρυσὸς δὲ ταῦτα, ϗ ἐσθὴς, ϗ χαλκὸς ἦν) In hiſtoria Dictyos Cretenſis inter Chryſæ munera veſtes, & æs non memorantur, bene autem aurum & argentum.

χες. [1] Βάλλειν γὰρ κυρίως τὸ ἐπιτυγχάνειν.

Ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω κοσμήτορε λαῶν.
Ἀτρεΐδαί τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ,
Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες

Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.
Παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι,
Ἁζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.

Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ

Αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,

θ'. Ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω κοσμήτορε) Εἰώθασι συνάγεσθαι οἱ Ἀχαιοὶ νηὶ παρὰ πρύμνῃ Ἀγαμέμνονος.

ι'. Ἀτρεΐδαί τε) Εἴωθεν ὑπεξαίρειν τὰ προὔχοντα πρόσωπα, ὡς τὸ, Τρωάς τε καὶ Ἕκτορα. ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ δὲ ἐπὶ τὸ μιμητικὸν μέτεισιν, ὡς τὸ, ἱππεῦσι καὶ πρώτοις ἐπετέλλετο.

ια'. Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν) Θεραπευτικὴ ἡ τοιαύτη ἔντευξις, τὸ ὑπερεύχεσθαι χειρώσασθαι τοὺς ἐχθροὺς, καὶ τὸ εὐθεῖαν, καὶ εὐάγωγον δοθῆναι ὁδόν. Οἰκεία δέ ἐστιν ἡ ἱκεσία τῷ ἱερεῖ. ἅπασαν οὖν αὐτῶν ἐπιθυμίαν πληρωθῆναι ἐπεύχεται, τὴν παῖδα πρὸ ὀφθαλμῶν βλέπων αἰχμάλωτον. καλῶς δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν λυγρῶν ἤρξατο, ἵνα μὴ μᾶλλον αὐτοὺς ἀπηνεστέρους ποιήσῃ. Ἡ ἀνάγκη δὲ αὐτὸν ποιεῖ καὶ τοὺς οἰκείους ἐπαρᾶσθαι. ἢ εἰκότως τοὺς Τρῶας ἀρᾶται, ἐπειδὴ οὗτοι καὶ αὐτῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἀστυγείτοσιν αἴτιοι κακῶν γεγόνασιν. ἰστέον δὲ ὡς εἰς Θήβας

non comprebendiſti boſpitem. Proprie enim verbum βάλλειν ſignificat aſſequi.

Maxime vero Atridas duos duces populorum.
Atridæ, cæterique egregie armati Achivi,
Vobis quidem Dii dent, qui Olympias incolunt domus
Ut Priami evertatis urbem, & domum proſpere redeatis.
Et filiam mihi liberate caram, & hæc munera accipite,
Reveriti Jovis filium longe jaculantem Apollinem.
Tunc alii omnes fauſta acclamatione ſignificarunt Achivi,
Honorifice excipiendum Sacerdotem, & ſplendida accipienda dona.
At non Atridæ Agamemnonis placuit animo.

9. Achivi congregari conſueverunt *ad puppin navis* Agamemnonis.

10. Conſuevit excellentes perſonas excipere, ſeu honoris cauſſa præ cæteris nominare, ut ibi, *Trojanoſque & Hectorem*. A narratione autem ad mimeſin tranſitum facit, ut illud, *equitibus & primis imperavit*.

11. Benevolentiam captat hujuſmodi occurſus, quo hoſtes in eorum poteſtatem redigi; rectam expeditamque viam domum redeundi eis deprecatur. Propria eſt autem Sacerdotis ſupplicatio. Exoptat igitur ut omne eorum deſiderium expleatur, ob oculos captivam filiam cernens. Recte profecto a triſtibus non ſumſit exordium, ne eorum animos magis magiſque exaſperaret. Neceſſitas vero impellit eum, ut genti ſuæ mala precetur. Vel jure merito Trojanis imprecatur, quia hi fuerunt in cauſſa, cur tum ipſe tum finitimi mala perpeſſi fuerit. Sciendum porro eſt ab Achil-

[1] Βάλλειν γὰρ κυρίως ἐπιτυγχάνειν] Homerus Iliad. έ. v. 51. δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτὴ βάλλειν ἄγρια πάντα, & Iliad. θ'. v. 299. τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βάλλειν κύνα.

βας ἤκουσα ἡ Χρυσηῒς πρὸς Ἰφινόην τὴν Ἠετίωνος μὲν ἀδελφὴν, Ἄκτορος δὲ θυγατέρα, θύουσαν Ἀρτέμιδι, ἥλω ὑπὸ Ἀχιλλέως.

Ἀπρεπὲς τὸ τὸν ἱερέα τοῖς μὲν οἰκείοις καταρᾶσθαι, τοῖς δὲ ἐχθροῖς εὔχεσθαι τὰ βέλτιςα. ἡ δὲ λύσις ἐκ τοῦ καιροῦ· τὸν γὰρ ἐν τοῖς πολεμίοις γενόμενον, καὶ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς κινδυνεύοντα, τῷ οὐκ εἰκὸς τοιούτοις λόγοις χρῆσθαι πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ; τὸ ἀπερείσι' ἄποινα, οὐ τὸ ἄπειρα τῷ πλήθει σημαίνει, ἀλλὰ πρὸς ἃ ἀπερειδόμενοι, καὶ ἀντιλαμβάνοντες λύτρα, τῶν εἰλημμένων ἀπελύοντο τοὺς αἰχμαλώτους.

ιβʹ. Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες) Οὐκ ἐν οὐρανῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γῆς τοὺς Θεούς φησιν οἰκεῖν, ἵνα μὴ καταφρονῶσιν αὐτῶν, ὡς μακρὰν ὄντων.

ιγʹ. Παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι) Ἀντιδιέςαλται πρὸς τὸ ὑμῖν· διὸ ὀρθοτονεῖται. ἐλεεινὴ δὲ ἡ προσθήκη τοῦ φίλην· δηλοῖ γὰρ τὴν μόνην. [1] τὸ δὲ δέχεσθαι ἀντὶ προςακτικοῦ ἀπαρέμφατος.

ιδʹ. Ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα) Ἵνα μὴ δοκοῖεν ἔμπειροι τῆς τοξικῆς εἶναι, τὸν Ἀπόλλωνα πολεμοῦντα αὐτοῖς, ὡς ἑκηβόλον εἰσάγει, διὰ τῶν τούτου πό-

chille captam fuiſſe Chryſeidem quo tempore Thebas ad Iphinoen Ectionis ſororem, Actoriſque filiam, Dianæ ſacrificium offerentem, profecta eſt.

Abſurdum ſane eſt Sacerdotem genti ſuæ male precari, hoſtibus contra optare, ut res fæliciter proſpereque eveniant. Solutio patet ex tempore; quandoquidem non ne rationi conſentaneum erat ut is, qui inter hoſtes verſabatur, quique pro filia pericula ſubibat, ejuſmodi uteretur verbis, quæ ſibi prodeſſent? Vox ἀπερείσια non innumera ſignificat, ſed ad quæ *ἀπερειδόμενοι*, *oculorum aciem intendentes*, & redemptionis pretia accipientes, captivos dimitterent.

12. Non in cælo duntaxat, ſed etiam in terrarum orbe Deos verſari dicit, ne ipſos tanquam procul degentes contemtui haberent.

13. Pronomen illud ἐμοὶ opponitur & reſpondet voci ὑμῖν, ideoque recto tono effertur. Ad miſerationem autem commovet additamentum illud φίλην, quia unicam eſſe denotat. Vox vero δέχεσθαι infinitivi modi pro imperativo uſurpatur.

14. Ne putarent ſe jaculandi arte præſtare, Apollinem contra ipſos pugnantem, tanquam eminus jaculantem inducit, per hujuſce jacula eos per-

1. *Τὸ δὲ δέχεσθαι ἀντὶ προςακτικοῦ ἀπαρέμφατος*] Jonice ſumitur infinitivus pro imperativo; Homerus Iliad. *β. πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν*, *omnia valde vere narra*, pro *ἀγορεύου*. Heſiodus in Oper. *φράζεσθαι εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς*, *obſerva vero cum vocem gruis audiveris*, pro *φράζου*. Hebraice quoque dicitur זָכוֹר אֶת יוֹם הַשַּׁבָּת, *recordari diei Sabbati*, pro imperativo זְכוֹר *recordare*, Exod. xx. 8. & Italice paſſim. Veriſimilius ergo mihi videtur quod Scholiaſta noſter tradit, Homerum ſcilicet eo loco infinitivo pro imp. more Jonico uti, quam quod Apion & Herodorus apud Euſtath. qui Homeri carmen *ἀπαρεμφάτως* ſic legebant. *παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι*, atque ita conſtruebant, ut verbum *δοῖεν* cætera regeret, *δοῖεν Θεοὶ*

πέζων ἐκφοβῶν αὐτούς. ζητεῖται διατί ἀπὸ τῶν τελευταίων ἤρξατο, καὶ μὴ ἀπὸ τῶν πρώτων ὁ ποιητής; καὶ φαμὲν ὡς σποράδην οἱ πρὶν ἐγίνοντο πόλεμοι, καὶ οὐδὲ περὶ πόλεων μεγίστων. Οἱ γὰρ Τρῶες, Ἀχιλλέως παρόντος, οὐδέποτε ἐξῄεσαν τῶν πυλῶν, καὶ σχεδὸν ἄπρακτοι τὴν ἐνναετίαν ἐτέλεσαν, τὰς ὁμορούσας πολίχνας οἱ Ἕλληνες διαστρέφοντες. περὶ ὧν ἀναγκαῖον αὐτῷ γράφειν οὐκ ἦν, μὴ παρούσης ὕλης τῷ λόγῳ. λέγουσι δὲ καὶ ἀρετὴν ποιητικὴν εἶναι τὸ τῶν τελευταίων ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἀνέκαθεν διηγεῖσθαι. ἔτι ζητεῖται διατί ἀπὸ δυσφήμου ὀνόματος τῆς μήνιδος ἄρχεται; ἐπιλύουσι δὲ αὐτὸ οἱ περὶ Ζηνόδοτον οὕτως. ὅτι πρέπον ἐστὶ τῇ ποιήσει τὸ προοίμιον τὸν νοῦν τῶν ἀκροατῶν διεγεῖρον, καὶ προσεχεστέρους ποιοῦν, εἰ μέλλοι πολέμους, καὶ θανάτους διηγεῖσθαι ἡρώων.

Πάλιν ζητεῖται διατί Ἀχιλλέως ὡς ἐπιπλεῖστον ἀριστεύοντος, οὐκ Ἀχίλλειαν ὡς Ὀδύσσειαν ἐπέγραψε τὸ σωμάτιον; φαμὲν δ' ὅτι ἐκεῖ μὲν ἅτε μόνως ἐφ' ἑνὸς ἥρωος τοῦ λόγου πλακέντος, καλῶς καὶ τοὔνομα τέθειται. ἐνταῦθα δὲ εἰ καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων Ἀχιλλεὺς ἠρίστευσεν, ἀλλάγε καὶ οἱ λοιποὶ ἀριστεύοντες φαίνονται. οὐ γὰρ μόνον τοῦτον οἷος ἦν δηλῶσαι βούλεται, ἀλλὰ σχεδὸν ἅπαντας, ὅπουγε καὶ ἐξισοῖ τινας αὐτῷ. ἐκ τινὸς οὖν ὀνομάσαι μὴ ἔχων αὐτῶν, ἀπὸ τῆς πόλεως ὀνομάζει, καὶ τὸ αὐτῇ καλῶς ὑποφαίνει ὄνομα.

Ἀλλὰ

perterrefaciens. Quæritur cur non a primis, ſed a poſtremis rebus bello geſtis exorditus fuerit. & reſpondemus, quia priora bella paulatim, & per partes geſta ſunt, & neque de urbibus maximis. Trojani enim, præſente Achille, nunquam januis exierunt, & Græci novem annos ferme nihil agendo tranſegerunt, finitima oppidula evertentes. Quibus de rebus neceſſe non erat eum ſcribere, quum orationi materia deeſſet. Ajunt præterea ſolere poetas attingere poſtrema, ac de reliquis obiter diſſerere. Quæritur inſuper cur ab ira funeſto nomine incœperit. Hanc quæſtionem reſolvit Zenodotus tali pacto; quia videlicet poeſi conſentaneum eſt hujuſmodi procemium, quod auditorum excitat mentem, eoſque magis attentos reddit, ſiquidem bella, neceſſque Heroum narraturus eſt.

Rurſum quæritur cur quum plerunque Achilles ſtrenue ſe geſſerit, non Achilleam, quemadmodum Odyſſeam hoc opus inſcripſerit. Reſpondemus quum in Odyſſea de uno tantum Heroe ſermo habeatur, merito & Poemati nomen ab eodem Heroe inditum fuiſſe: in hoc autem opere quamvis Achilles ſtrenue præ cæteris ſegeſſerit, attamen alii quoque præclare ſe gerere videntur; non enim Poetæ propoſitum eſt Achillem ſolum, verum etiam alios ferme omnes quales fuerint declarare; quandoquidem nonnullos etiam Achilli

exæ-

παῖδα λῦσαι, καὶ τὰ ἄποινα δέχεσθαι, illud autem ἀζόμενοι per hyperbaton ad præcedentia referretur Ἀτρεΐδαι τε καὶ Ἀχαιοὶ ἀζόμενοι Διὸς υἱόν. Hoc enim nimis incomodum & ab Homeri conſuetudine remotum videtur; illud contra, quod Scholiaſta noſter tradit, planum & Homero uſitatiſſimum eſt.

exæquat. Quum itaque ab eorum quopiam poema denominare non poſſet, a civitate denominavit, recteque ei nomen impoſuit.

Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε,

Μή σε, γέρον, κοίλησιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω
Ἢ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα,
Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, καὶ στέμμα θεοῖο.
Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν,

Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης

Sed aſpere dimiſit, & minacibus verbis ſic ei præcepit:

Ne te, ſenex, cavas ego apud naves offendam,
Vel nunc commorantem, vel poſthac redeuntem,
Ne forte tibi non proſit ſceptrum, & corona Dei.
Hanc vero ego non prius liberabo, quam ſenectus eam invadat

Noſtra in domo, Argis, procul a patria,

ιε. Κακῶς) Λυπηρῶς, ἢ σὺν τῷ οἰκείῳ κακῷ, ἤτοι τῇ ἀπραξίᾳ. τὸ δὲ κρατερὸν ἀντὶ τοῦ ἀπηνῆ, ὡς τὸ, ἀνδρὶ παρὰ κρατερῷ κρατέρ' ἄλγεα πάσχων. τὸ ἑξῆς ἐπέτελλεν.

ιϛ'. Μή σε γέρον κοίλησι) Τὸ τοῖς ἄλλοις αἰδέσιμον γῆρας ἐπ' ὀνείδει προβάλλεται.

ιζ'. Ἢ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα) Ἢ γὰρ ἐπιμένοντες ἀνύομεν, ἢ πρὸς τὸ ὀξὺ ἐνδίδομεν, ὕστερον δὲ ὀχλοῦμεν. ὧν ἁπάντων αὐτὸν ἐκκόπτει. τὸ δὲ νῦν τὸν ἐνεστῶτα, οὐ τὸν [1] πλατικὸν ἐσήμανε χρόνον.

ιη'. Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω) Πολλὰς περικοπὰς ἔχει ὁ λόγος τὸ θυμικὸν ἐμφαίνων.

ιθ'. Πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν) Μᾶλλον γηράσει παρ' ἐμοὶ, ἢ λυθήσεται. ἔστι δὲ ὡς τὸ, οὐδέποτ' ἐκπέρσει πρίν μιν κύνες ἠδ' οἰωνοί.

κ. Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ) Κατ' ὀλίγον αὔξων τὰ τῆς διαστάσεως, λυπεῖ τὸν γέροντα. ἔστι δὲ ὥσπερ τὸ περὶ αὐτοῦ ἐπιγράφει γράμμα, βασιλεὺς μὲν ἀγαθὸς, αἰχμητὴς δὲ κρατερός. Διὸ παρὰ μὲν τῶν ὑπηκόων ὑβρίζεται, τοῖς δὲ πολεμίοις λίαν ἐστὶν ἀπηνὴς, ὡς Ἀδράστῳ, καὶ Ἀντιμάχου παισί.

15. Auſtere, vel cum ſuo malo, vel infecta re. Vox autem κρατερὸν pro ἀπηνῆ, *inhumanum* ſumitur, Ut ibi; *a viro inhumano acerbos dolores ſuſtinens*. In ſequentibus ordo ἐπέτελλεν.

16. Quam alii venerantur ſenectutem Agamemnon exprobrat.

17. Vel enim perſeveramus in ſupplicationibus, donec quod petimus obtineamus, vel irato animo cedentes, poſtea novam moleſtiam exhibemus; quæ omnia ab illo extundit. Particula vero νῦν præſens, non proximum vel futurum tempus ſignificat.

18. Multa conciſe dicta continet ſermo ad animi impetum ſignificandum.

19. Malo eam apud me ſenio confici, quam dimittere. Se habet autem ut illud. *nunquam depopulabitur, prius quam canes & volucres*.

20. Paulatim augendo ſeparationem & diſtantiam, ſenem dolore afficit, Ita vero ſe habet, ut alicubi de eo inſcriptionem ponit; *rex quidem bonus, pugnator autem fortis*. Quocirca a ſubditis contemtum patitur, hoſtibus autem valde ſe inhumanum præbet, ut Adraſto, & Antimachi pueris.

κα. Ἴσον 21. Hæc

1. Πλατικὸν] Notanda vox πλατικόν, quæ in optimis Lexicis deeſt.

Ἱςὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.

Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.
Ὣς ἔφατ'. ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.
Βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Πολλὰ δ' ἔπειτα ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς

Ἀπόλλωνι ἄνακτι, τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ.

Texendæ telæ, parandique mihi lecti munus obeuntem.
Quare abi: ne me irrites, ſalvum ut redeas.
Sic dixit: timuit vero ſenex, & paruit præcepto,
Ivitque tacitus juxta littus perquam reſonantis maris,
Et multum deinde, ſeorſum iens, ſupplicavit ſenex
Apollini regi, quem pulchricoma peperit Latona:

κα'. Ἱςὸν ἐποιχομένην) Ταῦτα λέγων, ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ τῆς Ἑλένης.

κβ'. Καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν) Τῆς ἐμῆς κοίτης μεταλαμβάνουσαν, 1 ὡς τὸ, ἀντιόων ταύρων τε. ἐνύβριςος δὲ ἡ παρὰ πολεμίοις μίξις. ὅτι δὲ ἐφ' ὕβρει φησὶν αὐτῇ χρῆσθαι, δηλοῖ διὰ τοῦ ἐκφωνῆσαι τὸ, ἱςὸν ἐποιχομένην, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ συμπεριλαβεῖν τὸ λέχος. Ἀπρεπὲς τὸ τὸν βασιλέα περὶ τῆς αἰχμαλώτου λέγειν, καὶ ταῦτα ἔχοντα γυναῖκα, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς. λύεται δὲ καθ' οὓς μὲν ἐκ τῆς λέξεως· τὸ γὰρ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν, οὐ πάντως δηλοῖ τὴν συγκοιμωμένην, ἀλλὰ καὶ ὑπηρετοῦσαν πρὸς τὸ λέχος, οἷον θαλαμηπολοῦσαν. καθ' ἑτέρους δὲ ἀπὸ τοῦ καιροῦ· ἐν γὰρ πολέμῳ, καὶ ςρατῷ τῶν Ἑλλήνων ὄντων, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις συνερχόμενον τὸν βασιλέα θέλει ἀποφῆναι, καὶ οὐκ ἀσχήμονα τὴν πρὸς ταύτην φιλοςοργίαν.

21. Hæc dum dicit, ob oculos Helenæ opera ponit.

22. Cubilis mei participem factam, ut ſe habet illud, *taurorum compos factus*. Eſt autem ignominioſus apud hoſtes concubitus. Quod autem per contumeliam ea ſe uti dicat, liquido conſtat ex eo, quod dixit, *telam texentem*, & continuo adjecit *lectum*. Indecorum eſt regem talia de captiva loqui, præſertim quum haberet uxorem, & filios ex eadem ſuſceptos. Solvitur hæc difficultas juxta quorundam opinionem ex ipſiſmet verbis; non enim verba illa, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν omnino concumbentem ſignificant, ſed etiam, quæ ad lectum ſpectant, miniſtrantem, inſtar cubicularis ancillæ: juxta vero aliorum opinionem ſolvitur eadem difficultas ex tempore; quum enim in bello & militia Græci eſſent, oſtendere vult regem eo tempore cum mulieribus captivis converſari, minime vero turpi erga Chryſeidem amore captum fuiſſe.

κγ'. Μή μ' ἐρέθιζε) Τὰ γὰρ ἀποθύμια ἐρεθιςικὰ ἡγούμεθα εἶναι. πρῶτος δὲ Ὅμηρος τὴν δύναμιν τῆς Ἀδραςείας ἐνεδείξατο· ὁ γὰρ τὸν ἱκέτην ἀτιμάσας, αὐτὸς ἱκετεύων ἀποτυγχάνει· ὁ δῶρα μὴ

23. Quæ enim inviſa ſunt, irritandi vim habere arbitramur. Primus vero omnium Homerus Adraſtiæ vim ac poteſtatem oſtendit; qui enim ſupplicem repulit, & dedecore affe-

1. Ὡς τὸ, ἀντιόων ταύρω.) Homerus Odyſſ. α. v. 25. ἀντιόων ταύρων τε, καὶ ἀρνειῶν Ἑκατόμβης. Hic tamen conſtruitur cum gignendi caſu; ib , καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν cum accuſativo, ex quo diverſus plane ſenſus oritur, ut adnotat Euſtathius.

μὴ λαβὼν, ἑτέρῳ δίδωσιν. ὁ κατασχὼν γέροντος θυγατέρα, διδοὺς τὴν ἑαυτοῦ πρὸς γάμον ἀπαξιοῦται.

κδʹ. Καὶ ἐπείθετο μύθῳ) Ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀντέφρασσε. διδάσκει δὲ ὁ ποιητὴς εἴκειν ταῖς ὑπερβολαῖς. οἰκείως δὲ τὸν ἠτιμασμένον, καὶ φοβούμενον γέροντα καλεῖ, καὶ οὐχ ἱερέα, πλέον οἰκτιζόμενος.

κεʹ. Βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο) Οὐκ οἰμώξας διὰ τὸν καιρόν. τὸ δὲ θῖνα νῦν μὲν θηλυκῶς εἴρηται. ἔστι δὲ καὶ ἀρσενικὸν, ὡς τὸ, ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα βαθύν.

κςʹ. Ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς) Ἵνα μὴ ἀκούσωσιν οἱ πολέμιοι. ἐπισύνηθες δέ ἐστι τοῖς καταδεεστέροις καταφεύγειν ἐπὶ τὸ θεῖον.

κζʹ. Ἀπόλλωνι) 1 Τὸ ᾱ ἐκτείνει Ἀρίσταρχος διὰ τὸ μέτρον. τὸ δὲ ἄνακτι ἢ ὅτι αὐτός ἐστι τῶν φαινομένων, καὶ γενομένων αἴτιος, ἢ ὡς μουσικὸν ἄνακτα αὐτὸν φησιν ὁ ποιητὴς, ἢ τῷ ἰδίῳ ἄνακτι.

Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας.

κηʹ. Κλῦθί μευ, ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας) Ἐν γενικῇ τὸ μευ οὐκ ἐν δοτικῇ, καὶ ἔστιν ἀναλογοῦν τῷ, τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.

κθʹ. Ἀργυρότοξ' ὃς Χρύσην) Διὰ τὴν χρείαν τῶν βελῶν τοῦτό φησιν. ἔοικε δὲ μηδὲν διαφέρεσθαι περὶ τὸν ἄργυρον

γυρον

affecit, ipſe dum ſupplex accedit, repellitur, ac potiundi ſpe fruſtratur; qui dona recuſavit, alteri exhibet; qui denique ſenis filiam apud ſe retinuit, quum ſuam nuptui tradere vult recuſatur.

24. Pro *οὐκ ἀντέφρασσε*, *non reſtitit*. Docet autem Poeta potentioribus cedendum eſſe. Recte profecto ignominia affectum, ac perterrefactum non ſacerdotem, ſed ſenem appellat, aliquanto magis miſeratus.

25. Non plorans ratione temporis. Nomen autem *θῖνα* hoc loco genere fœminino effertur, cum alias maſculinum ſit, ut ibi, *exeuntes in littus profundum.*

26. Ne hoſtes audirent: indigentes vero ad Numen confugere conſueverunt.

27. Ariſtarchus ratione metri alpha producit; illud vero *ἄνακτι*, *regi* ideo dicitur, vel quia Apollo eorum quæ apparent, quæque genita ſunt cauſſa eſt; vel tanquam muſicæ præſidem regem eum appellat; vel denique ſacerdotem ſuo regi ſupplicaſſe dicit.

Audi me, qui argenteum arcum geris, qui Chryſam tueris,

28. Gignendi caſu non dandi pronomen *μευ* hoc loco conſtruitur. Convenit vero cum illo: *eum autem exaudivit Phœbus Apollo.*

29. Propter jaculorum uſum hoc dicit. Videtur autem inter argentum & aurum nihil diſcriminis ponere

B cir-

1. Τὸ ᾱ ἐκτείνει Ἀρίσταρχος διὰ τὸ μέτρον) Sic apud Heſiodum in Theog. ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος ἀοιδοὶ ἔασιν alpha in Ἀπόλλωνος producitur.

γυρον ϗ τὸν χρυσὸν. [1] ἀμφὶ δ' ἄρ ὤμοισι βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον, ϗ [2] ἐν δέ οἱ ἧλοι χρύσειοι πάμφαινον.

λ'. Χρύσην ἀμφιβέβηκας) Ἀπόρθητος καὶ αὕτη καὶ ἡ Κίλλα, ἡ δὲ Τένεδος πεπορθημένη. [3] τὴν ἄρετ' ἐκ Τενέδοιο γέρων· τὸ δὲ παρὸν ἕτοιμον πρὸς ὑπόμνησιν ὥσπου φησὶν ἐν τῷ τῆς Ἰλιάδος ταύτης ἰῶτα περὶ τῶν πρέσβεων. [4] πολλὰ μάλ' εὐχομένω γαιηόχῳ. ἃ γὰρ τὸν γέροντα πάσχειν ποιοῦσι, καὶ αὐτοὶ ἀντιπάσχουσιν.

Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Σμινθεῦ. εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα

Ἤ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ,
Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

λα'. Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις) Κίλλος ἡνίοχος Πέλοπος περὶ Λέσβον ἀποθανὼν, ἀθυμοῦντι δὲ αὐτῷ παρίστη, κελεύων κιλλαίῳ Ἀπόλλωνι θύειν διὰ τὸν αἰφνίδιον θάνατον, ϗ νικήσειν. ὅθεν ϗ τῆς ὀνομασίας ἔτυχεν ἡ πόλις.

λβ'. Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις) Κύκνου ϗ Σκαμανδροδίκης Τέννης ϗ Ἡμιθέα, ὃς ἀπελαθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς σὺν τῇ ἀδελφῇ Ἡμιθέᾳ διὰ τὴν ἐπιβουλὴν τῆς μητρυιᾶς Καλύκης ᾤκησε τὴν Λεύκοφρυν, ϗ ἀφ' ἑαυτοῦ Τένεδον ὠνόμασεν.

λγ'. Ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι) Θυσίαις ταύρων ϗ αἰγῶν ἥδεται ὁ Ἀπόλλων. ὕλη γὰρ τοῖς τόξοις τὰ κέρατα αὐτῶν.

λδ'. Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι

circum humeros poſuit enſem argenteis clavis pertuſum, &, *in eo autem clavi aurei ſplendebant*.

30. Inexpugnabilis eſt tum hæc tum Cilla; Tenedus contra devaſtata eſt. *quam abduxit Tenedo ſenex*. Quod autem hoc loco dicitur facile in memoriam revocat illud Iliad. IX. de legatis; *permulta vota facientes terram cingenti*; quæ enim ſenem pati faciunt, viciſſim ipſi patiuntur.

Cillamque divinam, ac Tenedo fortiter imperas,
Smintheu: ſi quando venuſtum tuum templum contexi,
Aut ſi quando tibi pingues coxas cremavi
Taurorum, & Caprarum, hoc mihi perfice votum,
Luant ut Danai meas lacrymas tuis jaculis.

31. Cillus Pelopis auriga, circa Leſbum vita functus, domino ſuo ob ejus mortem triſtato adſtitit, hortatuſque eſt ut Cillæo Apollini ob repentinam mortem ſacrificium offerret, ut victoriam inde reportaret; ex quo civitas denominationem nacta eſt.

32. Ex Cycno & Scamandrodice prognati ſunt Hemithea & Tennes, qui una cum ſorore ſua, a patre ejectus propter novercæ Calyces inſidias, habitavit Leucophryn, quam a ſe Tenedum denominavit.

33. Apollo taurorum caprarumque ſacrificiis oblectatur; ſiquidem ejus arcubus materia eorum cornua ſunt.

34. Paucis magna petit. Reddant tuis

1. Ἀμφὶ δ' ἄρ ὤμοισι βάλετο) Iliad. β'. v. 45.
2. Ἐν δέ οἱ ἧλοι) Iliad. XI. v. 29. Ἀμφὶ δ' ἄρ ὤμοισιν βάλετο ξίφος. ἐν δέ οἱ ἧλοι Χρύσειοι πάμφαινον . . . . . .
3. Τὴν ἄρετ' ἐκ Τενέδοιο) Iliad. XI. v.624. Τὴν ἄρετ' ἐκ Τενέδοιο γέρων ὅτε πέρσεν Ἀχιλλεύς.
4. Πολλὰ μάλ' εὐχομένω) Iliad. IX. v. 183. Πολλὰ μάλ' εὐχομένω γαιηόχῳ ἐννοσιγαίῳ.

σι βέλεσσι) Μικρῷ λόγῳ μεγάλα αἰτεῖ. ἀνταποδοῖεν τοῖς βέλεσί σου ταῦτα τὰ δάκρυα. ἐν σχήματι δὲ ὃ παρῆκεν ἔφρασεν, ὡς ἄρα ἔκλαιεν ὁ γέρων. πῶς δὲ Ἕλλησιν ἐπαρᾶται τοῖς εὐφημήσασι δοθῆναι αὐτῷ τὴν θυγατέρα; φαμὲν οὖν ὅτι εἰ ἀπέθανεν ὁ Ἀγαμέμνων, [1] ἀνεκζήτητος ἂν ἔμεινεν ἡ αἰτία τοῦ λοιμοῦ. ἢ πλεόντων ἐπὶ τὴν πατρίδα τῶν Ἑλλήνων, ἀναπόδοτος ἐγένετο ἡ Χρυσηΐς. ἢ ὅτι αὐτοὶ Θήβας πορθήσαντες, ἐξέδοντο αὐτὴν Ἀγαμέμνονι. καὶ ὅτι ἀποθανὼν μὲν Ἀγαμέμνων, ἄλυπος ἦν, ζῶν δὲ καθημέραν ἀποθνήσκει, βλέπων ἀπολλυμένους τοὺς ὄχλους. καὶ ὅτι συμπεριλαμβάνεται καὶ αὐτὸς τοῖς Δαναοῖς. καὶ ὅτι πᾶσιν ἀρᾶται, διότι μὴ πάντες ἐπέσχον τὴν τοῦ βασιλέως ὕβριν. καὶ ὅτι ὡς βάρβαρος ὁ Χρύσης, πᾶσιν Ἕλλησιν ἐχθρός ἐστι.

tuis jaculis haſce lacrymas. Per figuram vero quod prætermiſit dixit, ſenem videlicet lacrymas effudiſſe. At qui fieri poteſt ut Græcis male precetur, qui fauſta acclamatione indicarunt puellam ei eſſe reddendam? Reſpondemus itaque quia ſi mortuus fuiſſet Agamemnon peſtis cauſſa inveſtigata non eſſet: vel quia in patriam navigantibus Græcis Chryſeis patri reddita non eſt: vel quia cum Thebas depopulati eſſent, ipſam Agamemnoni in prædæ diviſione tradiderunt. Et quia ſi Agamemnon e vita exceſſiſſet, per mortem doloribus ſolutus fuiſſet; contra in vita manens quotidie moritur, dum decedentes turbas cernit: & quia in Græcorum numero ipſe quoque Agamemnon continetur. Præterea omnibus Græcis iccirco male precatur, quia omnes Regis injuriam non cohibuerunt; denique quia barbarus quum ſit Chryſes omnibus Græcis inimicus eſt.

Ἀπρεπὲς δοκεῖ κατὰ μὲν τοῦ ὑβρίσαντος Ἀγαμέμνονος μὴ ἀρᾶσθαι, ἀλλὰ κατὰ τῶν εὐφημησάντων Ἑλλήνων. λύεται δὲ ἐκ τῆς λέξεως, ὅτι ἐν τοῖς Δαναοῖς ἐμπεριέχεται Ἀγαμέμνων. ἐκ δὲ τοῦ προσώπου ὅτι βάρβαρος, καὶ πᾶσιν ἐχθρός. ἐκ δὲ τοῦ καιροῦ, ὅτι τὸν μὲν συνέφερεν αὐτῷ σώζεσθαι, τῶν δὲ νοσησάντων καὶ ἀπολαβεῖν ἂν τὴν θυγατέρα.

Abſurdum videtur Chryſem non Agamemnoni, qui eum injuria affecit, ſed Græcis, qui fauſta acclamatione indicarunt puellam reddendam eſſe imprecari. Sed ſolvitur hæc difficultas partim ex ipſiſmet verbis, quia in Danaorum numero continetur Agamemnon; partim ex Chryſæ perſona, quia barbarus & Græcis omnibus inimicus erat; partim denique ex circumſtantiis temporis, quia tunc intererat Chryſæ incolumem eum ſervari, &Græcis poſtmodum morbo correptis filiam recuperare.

1. Ἀνεκζήτητος ἂν ἔμεινεν ἡ αἰτία] Rationem hanc, quæ ſubobſcura videtur, Spondanus clarius explicat.

Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.
Βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ,
Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.
Ἔκλαγξαν δ' ἄρ ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο,
Αὐτοῦ κινηθέντος. ὁ δὲ ἤιε νυκτὶ ἐοικώς.

Sic dixit orans. & eum audivit Phœbus Apollo:
Deſcenditque ex cœli verticibus irato animo,
Arcum humeris geſtans, & undique tectam pharetram.
Clangoremque dederunt ſagittæ in humeris irati
Cum ſe moveret, ipſeque ibat nocti ſimilis.

λέ. Τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων) Συνητέμασο γὰρ τῷ ἱερεῖ ἐν τῷ, μή νύ τι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, καὶ στέμμα θεοῖο. τὸ δὲ πρὸ τῆς εὐχῆς ἐπικουρῆσαι, ἀπολίτευτον. διδάσκει δὲ ὅσον ἰσχύει εὐχὴ καθαρὰ, ὅσον δὲ ἀνωφελὴς μυσαρὰ θυσία.

35. Una enim cum ſacerdote ſuo contemptus fuerat per ea, *ne tibi quidpiam proſit ſceptrum, & corona Dei.* Succurrere autem ante ſupplicationem, politica ratione caret. Docet porro quantum valeat precatio ſimplex, & quam inutile ſit inviſum ſacrificium.

λϛ'. Φοῖβος Ἀπόλλων) Φοῖβος οἱονεὶ ὁ φαέβιος, τοῦτ' ἔστιν ὁ λαμπρὸν βιὸν ἔχων, ἤγουν τόξον. ὅθεν καὶ φοιβάζω τὸ λαμπρύνω. ἢ ἀπὸ Φοίβης [1] μαμμωνυμικὸν, [2] ὡς καὶ Ἡσίοδος. Φοῖβον οὖν αὐτὸν ὀνομάζει ἀπὸ τῶν ἀκτίνων λαμπρὸν ὄντα, τὸ μόνον ἡλίῳ προσὸν, ἐξίσου κοινώσας Ἀπόλλωνι, καὶ μούσῃ.

36. Φοῖβος tanquam Φαέβιος, is videlicet qui lucidum habet τὸν βιὸν, hoc eſt arcum; ex quo originem trahit φοιβάζω quod ſignificat ſplendeo. Vel ita denominatur ab avia ſua Phaebe, ut Heſiodus quoq. teſtatur. Phæbum itaq. cum denominat a radiis, quum ſplendidus ſit, id quod ſoli duntaxat competit, ex æquo Apollini muſæque tribuens.

λζ'. Χωόμενος κῆρ) Παρὰ τὴν καῦσιν. τὸ δὲ ἔμφυτον θερμὸν φασιν εἶναι τὴν ψυχήν.

37. Ab καῦσιν, *uſtione*; naturalem vero calorem animam eſſe ajunt.

λή. Τόξ' ὤμοισιν ἔχων) Ἓν εἶχε τόξον, [3] ἀλλὰ τῇ φωνῇ τοῦ πλήθους, τῶν δεινῶν ἐμφαίνει τὸ μέγεθος.

38. Unum habebat arcum; ſed per pluralem numerum cladis magnitudinem oſtendit.

λθ' Ἔκλαγξαν δ' ἄρ ὀϊστοί) Ἐπιστρέφει πρὸς εὐσέβειαν τὸ καὶ τὰ ἄψυχα τῆς τοῦ θείου αἰσθάνεσθαι δυνάμεως.

39. Ad pietatem illud excitat, quod etiam inanimata Dei potentiam ſentiant.

ἄλ- Aliud.

1. Μαμμωνυμικὸν) Etymologus: ἢ ἀπὸ Φοίβης μάμμης νομικῶς, *vel ab avia Phaebe legitime*, ſed quid ſibi velit illud νομικῶς non ſatis intelligo. Melius ergo, vel ſane clarius mihi videtur quod Codex noſter habet μαμμωνυμικὸν, *ſumpta ab avia denominatione*, quemadmodum dicitur πατρωνυμικὸν, *quod a paterno genere denominationem trahit*. Hæc porro vox μαμμωνυμικὸν in præſtantioribus lexicis deeſt.

2. Ὡς καὶ Ἡσίοδος) Sic eſt intelligendum non quod Heſiodus expreſſe dicat Phoebum ab avia Phoebe denominari; ſed quod adſerat Phoeben eſſe Apollinis aviam, quippe quum in Theog. v. 406. & 918. adſtruat a Phoebe Latonam, & ex Latona Apollinem originem traxiſſe. Hinc Varinus. Ἡσίοδος δὲ μετωνυμικῶς Φοῖβον αὐτὸν καλεῖ ἀπὸ Φοίβης.

3. Ἀλλὰ τῇ φωνῇ τοῦ πλήθους.) Hebraica phraſis eſt uti pluralibus pro ſingularibus ad ex-

Ἄλλο. [1] Φιλόσοφός ἐστι θεωρία ἐν τῷ στίχῳ τῷ, ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο αὐτοῦ κινηθέντος. εἰσὶ γὰρ εἰσί τινες οὐράνιοι μεθ' ἁρμονίας ἐμμελοῦς ἦχοι, τὴν ἀΐδιον φορὰν ἀποψαλλόμενοι, μάλιστα τῆς ἡλιακῆς περιόδου συντόνως φερομένης. εἰ γὰρ δήπου ῥάβδῳ ὑγρᾷ πλήξας τις εἰκῇ τὸν ἀέρα, καὶ λίθους ἀπὸ σφενδόνης ἀφεὶς, ῥοῖζον ἀποτελεῖ καὶ συριγμὸν οὕτω βαρύφθογγον, τηλικούτων σωμάτων ἡ κυκλόπορος βία δρόμοις ἀπ' ἀνατολῆς εἰς δύσιν ἁρματηλατουμένη, μεθ' ἡσυχίας τὸν σφοδρὸν ὁδοιπορεῖ δρόμον; τούτους δὲ τοὺς διηνεκῶς ἐν τῷ οὐρανῷ πλημμένους ἀγνοοῦμεν ἢ διὰ τὴν ἀπὸ πρώτης γονῆς συνήθειαν ἐνδελεχῶς ἐνοικοῦσαν ἡμῖν, ἢ διὰ τὴν ἄμετρον ὑπερβολὴν τοῦ διαστήματος, ἐκλυομένου τοῦ ψόφου τῷ διείργοντι μέτρῳ.

Aliud. Philoſophica quædam contemplatio ſubeſt huic carmini, *ſonuerunt autem tela in humeris Dei irati, dum ipſe moveretur*; ſunt enim cæleſtes quidam ſonitus harmonici & concinni a ſempiterno motu procedentes, præſertim quum celeriter ſol circuitum ſuum abſolvit. Et ſane ſi molli quadam virga temere percuſſus aer, & funda projecti lapides talem tantumque fragorem edunt; credibile ne eſt cæleſtia corpora, quæ tanta mole conſtant, quæque ab oriente in occidentem quam celerrime moventur, circuitum ſuum quiete, & ſine ullo ſtrepitu conficere? Hi porro ſonitus, qui continuo in cælo oriuntur, nobis incogniti ſunt, vel quia ab incunte aetate diuturna quadam aſſuetudine ſenſibus accomodati percipi nequeunt, vel quia nimio intervallo diſtant, quo fit ut ii prius diſſolvantur, quam ad aures noſtras perveniant.

μ'. Ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς) Γίνεται ἐκ τοῦ εἴω τὸ πορεύομαι, ὁ μέλλων εἴσω, ὁ παρακείμ. εἶκα, ὁ μέσος εἶα, ἐν διαλύσει ἔϊα, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς η. ἤϊα, ἤϊας, ἤϊε.

40. Fit a verbo *εἴω*, quod ſignificat proficiſcor; futurum *εἴσω*, *ibo*; præt. *εἶκα*, *ivi*; aoriſtus medius *εἶα*, *ivi*, & per dialyſin diphthongi *ει* fit *ἔϊα*, & verſo alpha in eta *ἤϊα*, *ἤϊας*, *ἤϊε*, *ivi*, *iviſti*, *ivit*.

μα'. Νυκτὶ ἐοικώς) Τὰ φοβερὰ νυκτὶ εἰκάζει.

41. Horrenda nocti adſimilat.

Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν, μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε.

Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο.

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.

Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς,

Sedit deinde procul a navibus, & ſagittam emiſit:

Terribiliſque clangor edebatur argentei arcus.

Mulos quidem primum invaſit, & canes veloces:

Ceterum poſtea ipſis ſagittam mortiferam immittens,

Βάλλ'

fer-

cellentiam, & potentiæ magnitudinem oſtendendam, ut Geneſ.XLII.30. הָאִישׁ אֲדֹנֵי הָאָרֶץ, *Vir domini terræ*, pro אָדוֹן, *dominus*, quæ phraſis vernaculis quoque linguis familiaris eſt.

1. Φιλόσοφός ἐστι θεωρία) Eadem iiſdem omnino verbis habet Heraclitus in Allegoriis.

Βάλλ'. αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

μβ'. ἕζετ' ἀπάνευθε νεῶν) Ἐφεδρείαν δηλοῖ τὸ ἕζετο, καὶ ἀναμονὴν ἐπιστροφῆς. τοὺς δὲ οἰστοὺς διὰ τὸ βλαπτικὸν ἰοὺς ἐκάλεσε.

μγ'. Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο) Λέγεται καὶ ἐπὶ ἐμψύχων, ὡς καὶ ἐπὶ Τρώων· ἐπὶ δὲ ἀνθρωπίνου τόξου ψιλῶς, ὡς τὸ λίγξε βιός.

μδ'. Οὐρῆας) Οὐρῆες διὰ τὸ ἄγονον, καὶ οὔρια ὠὰ καλοῦμεν. εὐπαθῆ δὲ ταῦτα τὰ ζῶα, καὶ πρὸς νόσων παραδοχὴν ἐπιτήδεια· σύμμικτος γὰρ οὖσα ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ ἐκ διαφόρων τοῖς εἴδεσιν, οὐ μεγάλης εἰς τὸ φθείρεσθαι δεῖται ἀνάγκης. οἱ κύνες δὲ καθαροῦ δέονται τῆς αέρος, ὅτι ὀξύτεροί εισι τῇ ὀσφρήσει. ἀργοὺς δὲ τοὺς λευκοὺς, ὅτι ἀραιότερα, καὶ εὐπαθέστερά εἰσι ταῦτα τὰ σώματα. εἰσὶ δὲ οἱ μὲν πρὸς γεωργίαν, οἱ δὲ πρὸς θήραν χρειώδεις, ὅθεν μάλιστα τὰς τροφὰς ἐπορίζοντο. εἰ δὲ ὁ Θεὸς πολέμιος ὢν οὕτω μακροθυμεῖ, τί δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους;

/

με'. Αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς) Αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι. πρινὴ δὲ τὸ ἄκρον καταλαβεῖν, ἤτοι τοὺς ἀρχηγοὺς, Ἀχιλλεὺς δημηγορεῖ.

μϛ'. Βάλλ'. αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων) Ἰοῖς ἔβαλλεν,[1] ὡς τὸ, ᾤχετο, κατὰ ἰωνικὴν περίφρασιν. ἢ τὸ βάλλεν ἀντὶ τοῦ ἐφόνευσεν.

μζ'. Πυραὶ νεκύων καίοντο) Πῶς φησιν ὁ ποιητὴς ἐναντία ἑαυτῷ; εἰπὼν γὰρ πρῶ-

Feriebat & ſemper rogi cadaverum ardebant frequentes.

42. Sedem denotat illud ἕζετο, & locum in quo verſabatur. Jacula vero propter nocendi vim, qua pollent, ἰοὺς appellavit.

43. Ea phraſis de animatis quoq. uſurpatur, ut etiam de Trojanis; de hominis autem arcu ſimpliciter dicitur e. g. λίγξε βιός, *ſtridit arcus*

44. Muli propter infœcunditatem. Hinc οὔρια ὠὰ, *infœcunda ova* appellamus; facile enim hæc animalia patiuntur, & morbos ſubeunt. quum enim eorum natura mixta ſit, & ex differentibus ſpecie conflata; magna vi opus non eſt, ut corrumpatur. Canes vero puro ad vivendum aere indigent, quia olfactu acuto præ cæteris animalibus pollent. Vox autem ἀργοὺς idem ſonat ac λευκοὺς, *albos*; alba enim corpora laxiora ſunt, aptaque magis ad corruptionem ſubeundam. Illi porro ad agriculturam; hi ad venationem, ex quo potiſſimum alimenta ſibi comparabant, utiles erant. Si vero Deus inimicus quum ſit ita patiens eſt, quid homines facere debent?

45. Ipſis Græcis: ſed antequam ad ſummos viros, hoc eſt belli duces perveniret, Achilles concionatur.

46. Jaculis petiit, ut conſtrui ſolet verbum ᾤχετο, *ivit* juxta Jonicam periphraſim. Vel τὸ βάλλεν pro ἐφόνευσεν, *interfecit*, accipiendum eſt.

47. Quomodo ſibi invicem contraria dicit Poeta? Quum enim ſupra dixiſſet

1. Ὡς τὸ ᾤχετο) Cujus exemplo illud eſt apud Homerum Iliad. β'. ᾤχετ' ἀποπτάμενος, pro ſimplici ἀπέπτατο, & apud Lucianum ᾠχόμην ἀποπλέων, pro ἀπέπλεον, & id genus alia.

πρῶτον. αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι, νῦν ἐπάγει· αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί. ἐρῦμεν ὖν ὅτι ὁ λοιμὸς ηὖξε τὴν μῆνιν, ἡ μῆνις δὲ τὰς μετὰ ταῦτα μάχας. ϗ̀ ἐν ταύταις πίπτοντες, ἑλώρια κυνῶν ἐγίνοντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῦ λοιμῦ φθειρόμενοι, ἐκαίοντο.

ſet. *ipſos autem prædam dilacerandam fecit canibus*, hoc loco ait. *ſemper autem rogi cadaverum ardebant frequentes.* Reſpondemus itaque peſtem auxiſſe iram, iram vero excitaſſe pugnas, quæ deinceps obortæ ſunt. Qui porro in pugna decedebant, præda canibus evadebant; qui vero peſte interibant, ii cremabantur.

μή. Πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί) Πάμφιλος λέγει θαμεῖαι, ὡς ὀξεῖαι, Ἀρίσταρχος δὲ ὡς πυκιναί. ὁμοίως δὲ ϗ̀ τὸ ταρφειαί.

48. Pamphilus cum circumflexo in penultima eam vocem profert θαμεῖαι, ut ὀξεῖαι, Ariſtarchus vero cum accentu in ultima effert, ut πυκιναὶ, cui ſimile eſt etiam τὸ ταρφειαί.

Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.

Τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορὴν δὲ καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.

Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Κήδετο γὰρ Δαναῶν ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.

Novem quidem dies per exercitum ferebantur ſagittæ Dei:
Decimo vero ad concionem vocavit exercitum Achilles.
Hujus enim animo indiderat Dea candidas ulnas habens Juno:
Qui curam gerebat Danaorum, quod morientes videret.

μθ'. Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο) [1] Ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας, ὅτι ὐδὲ ἄλλως ἠδύνατο γνωσθῆναι τὸ τῆς νόσυ ἴδιον· ἐν ἐννέα γὰρ ἡμέραις, ϗ̀ μικρόν τι πρότερον, ἢ ὕστερον κρίνεται τὰ τοιαῦτα νοσήματα. καλῶς ὖν ἡ Ἥρα ἐπὶ νῦν τίθησιν Ἀχιλλεῖ. Ἥρα γὰρ ὁ ἀήρ. ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς ὡς ἰατρὸς ἐξ αὐτῦ τῦτο συνέλαβε. λευκώλενος δὲ, ὅτι διαφανής ἐστιν ὁ ἀήρ, ϗ̀ παρόντος τῦ φωτίζοντος, λαμπρύνεται, ϗ̀ βοῶπις, ὅτι δι' αὐτῦ ἡ τῆς ὄψεως ἐνέργεια.

49. Per novem dies, quia alias morbi proprietas dignoſci non poterat; ſpatio enim novem dierum circiter hujuſmodi morbi dignoſcuntur. Recte itaque Juno Achillis in animum induxit, quippe quum Juno allegorice intelligatur aer, ex quo Achilles tanquam medicus hoc deprehenderat. Dicitur autem λευκώλενος, *candidas babens ulnas*, quia pellucidus eſt aer, & accedente corpore lucido illuminatur. Dicitur præterea βοῶπις, *bovinis oculis prædita*, quia per aerem viſio vim ſuam exerit.

ι'. 50.

